

pumque Christi gerentes, Angelis ipsis essent præstantiores, per eandem Calvini rationem, quod Christum typicè præfigurarunt. Confer. B. Ægid. Hunnii Calvinum judicantem p. m. 19. & seq.

IX. Ad *Grotium* ulterius quod spectat, negamur ( $\alpha$ ) hunc Psalmum aliquo modo in Davide impletum, cum profus de eo intelligi nequeat, ceu th. VII. ostensum. ( $\beta$ ) Mysticè hunc Psalmum ad Christum pertinere, probandum erat. ( $\gamma$ ) Tò gigni idem esse, quod ad imperium evehi negatur id quoque. Si enim, quod libet substituere licet, de sacræ Scripturæ certitudine actum est. Habeat ( $\delta$ ) consentientem Judæum; quid tum? at hunc quoque errantem habeat.

X. *Socinianis* denique & *Remonstrantibus* reponimus  
 (I.) Scripturam sacr. nusquam asserere, Christum ideo Filium Dei esse, quod resuscitatus sit à mortuis, sed quod vere & propriè è substantia Dei sit prognatus. Quare hoc commentum, tanquam  $\alpha\gamma\epsilon\alpha\phi\sigma$ , imò  $\alpha\tau\iota\gamma\epsilon\alpha\phi\sigma$  meritò rejicitur. Locus Actor. XIII. 33. in quo præsidium causæ suæ querunt, minimè illis patrocinatur. Non enim ibi de resuscitatione Christi ex mortuis, sed de impletione promissionis exhibendi Filii tantum modo sermo est. Vox  $\alpha\iota\zeta\mu\iota$  non semper suscitationem à mortuis, sed nonnunquam etiam exhibitionem seu missionem alicujus denotat, quemadmodum Act. III. 22. & VII. 37. videre est. Demus autem de resurrectione hoc loco agi, dicendum tamen, quod Deus Christum per resurrectionem palam Filium suum declararit, secundum Rom. I. 4. Cum enim crucifigeretur, moreretur & tandem sepulchro conderetur, nemo ferè illum Dei Filium credebat; at cum præter omnem hosti-

B

um